UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scientia Salvtis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam Spiritualis Vitæ Materiam complectens

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

21. Dominica 2. Epiphaniæ. De Præceptis Christi audiendis, & persolvendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59837

Visual Library

ſertim cùm apud Deum nihil perdam, et tumq́ue ſit, viam ad cœlum eſſe *per infami & bonam famam*, 2. Cor. 2. Notabo m verba D. Bern. Hom. 1. ſuper Miſſus: *Vtrin ſtupor, utrinq; miraculum, & quòd Deus fœm næ obtemperet, & quòd Deo fœmina princip tur. Diſce homo obedire, diſce terra ſubdi, di pulvis obtemperare.* Deponam ad ſanctũ al re pedũ B. V. omnia de obedientia propoſi

MEDITATIO XXI.

Dominica 2. Epiphaniæ.

De præceptis Chriſti audiendis, & perſolvendis.

AVdiam ſapientiſſimum Dei matris m nitum: *Quodcunque dixerit vobis, faci* Petam illud aſſequi.

Conſ. 1. Monitum B. Virginis plenum ſ pientiâ: Sicut enim sũma veritas nihil, qu falſum, revelare poteſt: ſic neque ſumma b nitas quidquam dicere, vel præcipere, quo malum ſit. Itaq́ue quæcunq́ue præceperit velut certa, & nullo modo fallentia ſaluti virtutisq́ue conſequendæ media accipiend ſunt.

Conſ. 2. Teneri ad hoc non tantùm ho mines, ſed etiam Angelos, quà viatores, u judicium ſuum voluntatemq́ue propriam abnegent, & Deo pręcipienti ſe opere ſubijci-

ant: quia qui ad finem naturâ meliorem elevatur, debet per media fini proportionata, naturámque excedentia velle finẽ obtinere: atqui nec intellectus humanus, nec Angelicus per ſe ipſos ſufficiunt ad illa media obtinẽda, quòd ſint ſupernaturalia, ſicut eſt finis.

Conſ. 3. Et odiſſe ſtatuam, quidquid repugnat voluntati Dei: facere autem bonum, cogitatione, verbo, & opere: præcepta Fidei, Spei, Charitatis, & Decalogi obſervare ſingillatim: quod mihi nolo fieri, non faciam: quod mihi volo, alteri præſtabo: præcepta Eccleſiæ ſapientiſſimæ & optimæ matris cuſtodiam: ſtatutis religionis (ſi religioſus ſum) & votorum parebo: Prælatorum mandatis obtemperabo: divináſque inſpirationes excipiam eo affectu, quo ſitientiſſimus calicem manu tenet, & ebibit, quantumque eo inebriatus ſim, intelligam ex D. Auguſtino in Pſ. 103. *Inebriamini, ſed videte unde: ſi vos inebriat calix Domini præclarus* (in SS. Euchariſtia) *videbitur iſta ebrietas in operibus veſtris, videbitur in ſancto amore Iuſtitiæ, videbitur poſtremò in alienatione mentis veſtræ, ſed à terrenis in cœlum, ubi nuptiarum tempus, locúſque proprius.*

MEDITATIO XXII.

Feria 2. Dom. 2. Epiphaniæ.

De differentia præceptorum Evangelij, à Lege veteri.

Au-